



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

13. Decembris. Certum omnino sit, Deum semper esse ad liberalitatem paratum, modò altam in nobis, profundámque humilitatem inveniat. S. Ignat. in Epist. ad Hispan.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

ipse amatur. Amplius nos terret difficultatis metus, quam ipsa difficultas.

Crux tepidorum est gravissima. Idem cum ferventibus onus sentiunt, sed unionem cum illis non accipiunt. Hæc eam servido animo alacritatem facit, ut quam parum ave in pennæ, tam modicè omnes difficultates eum onerent, ut potius elevant in sublime.

Grande malum, quod domi nascitur; semper adest, continuò premit, & quod deterrium, medicam manum impedit; quia non aliter, quam domesticâ curâ, & sui interitu sanabilis.

### 13. Decembris.

*Certum omnino sit, Deum semper esse ad liberalitatem paratum, modo altam in nobis, profundamque humilitatem inventiat. S. Ignat. in Epist. ad Hispan.*

**U**T pronissimæ in valles è montibus confluunt undæ; sic nullus abundantiora charismatum ab Altissimo fluentia speret, quam qui se, siue estimationem à se quam profundissime abjecerit.

Si enim vas vacuum non sit, aquam non

non hauriet ; sed nec is gratiarum speret abundantiam, qui eas, sui honoris cupiditate plenus petit. Arrogans ille Phariseus vacuus à Domino recessit, non liberalitatis divinæ, sed suæ arrogantiæ vitio.

Nemo securior, quam humilis. Illa solum contra vehementiores Boreæ furores tutæ consistit arbor, quæ profundissimas in terram radices misit. Feriunt altas fulmina turres , dum sine noxa crescunt myricæ.

Respexit Deus humilitatem ancillæ sua, ideo fecit illi magna, qui potens est ; nec nunc plura cum ullis ille facit prodigia, quam cum illis , qui sibi vilescant. De se parum sentientes, plura faciunt.

#### 14. Decembris.

Multa, saepe etiam bona omitti, & qua agenda non fuissent, modo peccatum non sint, committi possunt, ob hominum , quibus prodesse volumus, judicium. S. Ignatius apud Ribaden.

**B**onum, malumne sit aliquid, non tam res ipsa , quam circumstantiæ definient ; in his saepe malum sit, quod in aliis